

Rogas, quid de Astrologia illa judiciaria sentiam, de qua jam pridem magna est inter doctos et pios homines controversia, quibusdam nihil prorsus ei tribuentibus, ac eam etiam execrantibus: quibusdam vero non secus illi tribuentibus omnia, quam si Syderibus omnis esset in universum mundum attributa potestas: alijs demum mediam quandam viam sequutis, ita videlicet ut ei neque admittantur omnia, neque tribuantur: quorum sententiam amplecti me profiteor, sed ita ut in ipsius rei explicatione nonnihil à nonnullis dissentiam. Hoc autem brevibus perstringam, ne excedam Epistola modum, quum alioqui res ista Longiore tractationem requirat. Itaque memineris hac me tibi scribere, non ut is, qui contrarium sentiunt, aut etiam ^{tibi} per omnia ~~tibi~~ satisfaciam, sed duntaxat, ut, quandoquidem ita vis, qua sit nos tra de his rebus opinio, paucis cognoscas, paratus & ipse si quis meliora

1. sentiat, errorem corrigere. De divinationis nomine non uno loco, se unum illum esse, qui venturum dico divinationis nomen mihi quoque videri improprie Astrologicis predictionibus tribui, quoniam is verè dicitur divinare, qui externo quodam impulsu, non autem ex causis, aliquo pradicat. Quamobrem etiam testatur Dominus non uno loco, se unum illum esse, qui venturum noverit, et per servos suos prophetas pradicat. Dæmonas enim qui iam pridem mundum hac ratione fascinarunt, quasi & ipsi divinare possent, certum est nihil nisi vel ex peccati Liari Dei patefactione, illorum ministerio ad exequenda nec facta sua iudicia utentis, vel ex prophetarum predictionibus, vel ex secundarum causarum nexu observato cognitum, vaticinari unquam potuisse, quod ex illorum oraculis cum verbo dei collatis ^{proxius} liquet. Homines autem per se majore aliqua futurarum rerum pradicandarum vi quam dæmonas esse praditos, nemo sana mentis (ut opinor) arbitratur. Itaque si divinare dicantur ex astrofis astrologi, nihil aliud divinationis nomine intelligi posse videtur, quam rei cuiuspiam in astrofis tanquam causis adhuc veluti delitescens patefactione sine predictione: ex quo consequitur non posse Latius patere istas predictiones tanquam consequutura effecta, quam ipsa causa nos tra cognitioni pateant, ex quibus effecta illa consequutura iudicemus. Primum igitur constituamus oportet, quatenus illa pateant.
3. Ac sum quidem ego in ea opinione, ut minime existnem corpora illa caelestia idcirco tantum esse condita (qui tamen ^{est} vel prafantissimus ipsorum usus) ut illa contemplantes ad cognoscendam et adorandam tanti opificis majestatem assurgamus: neque idcirco duntaxat de finitò esse eosdem motus variòsq; aspectus ac concursus, disticta s; eorum magnitudines, ut dierum & noctium spatia definirent, quoniam si ita esset, Sole tantum & Luna nobis opus fuisset: verum etiam idcirco esse facta, tan
4. toq; ordine digesta, attributo singulis invariabili motu, ut in inferiorem mundum, quo nomine tum Elementa ipsa, tum corpora ex Elementis composita complexor) inenarrabilem quandam vim suam exercerent: id quod etiam perpetua experientia
5. vulgus ipsum docuit. Aëris igitur constitutionem non illam tantum, qua certo quodam ordine in genere animadvertitur in quatuor anni tempestatibus, sed etiam particularem pro diverso Syderum positu ab Astrologis animadverti et pradici posse concedo: et quum ab aëris constitutione pendeant maxima ex parte et aquarum et terrarum, ut ita loquar, habitus, non mirum est eonq; etiam extendi Astrologorum predictiones. Ex his autem et illud effici concedo, corpora ex ipsis Elementis composita Astrologicis quoque predictionibus includi. Sed multa hic difficultates et quidem maximi momenti occurrunt. Primum enim liquet, hominem constare ex eo quidem mortali, ut pote composito, ac pròinde mutationibus ipsiq; adeo dissolutioni (ut nunc quidem res sunt, post hominis videlicet peccatum), obnoxio et ex animo, cuius simplex et immortalis sit substantia, et qua verè est actionum humanarum principium et tale quidem principium, cuius voluntarij et contingentes sint motus. Itaque animalibus Syderibus subjicere non absurdum modo, sed etiam penè impium esse mihi videtur. Quotidum igitur erit, obsecro, quod Astrologis relinquatur in his vel illis pradicendis, qua cuiuspiam in vita eventura sunt, quum à Syderibus eximat ur verum humanarum actionum

principium. Solet autem in contrariam partem afferri physicum illud axioma, quod pluribus perfectius est eruditissimus Galenus, nempe quod animi mores temperamentum corporis sequantur, ac prinde, qua scientia de corporis temperamento statuat ex Syderibus, ea quoque de moribus animi possit iudicare. Sed primum omnium illud plane subit mirari, quoniam ~~possunt~~ Astrologi ex ^{solo} naturae puncto, quod vocant, de corporis nascentis temperamento pronuntiare. Cur enim non potius conceptum considerant, ut pote qui sit ipsius coagulationis corporis initium. Causa autem illa, quam proferunt, quoniam videlicet multum interest, quem aerem tenellum illud corpus primum excipiat, certe minus est, ac plane ~~apud~~ (ut ajunt) ~~nos~~, ad id efficiendum quod volunt. Neque enim ab aere ambiente, et hoc vel illo modo a variis Syderum positu affecto, sed ab ipsa potius materia proportionem, ex qua corpus compositum est, proprie pendet corporis temperamentum. Deinde mihi sane vix persuaserunt Astrologi, eius puncti, quo primum in Lucem prodit infans, tantam esse vim, ut corporis temperamento dominetur, quum interea tam multa ac propè infinita, atque adeo inter se contraria et repugnantes Syderum positiones tota alicujus vita incidant, quas illi uni non preponderare vix ac ne vix quidem crediderim. Omittendum etiam illud non est corporis temperamentum adeo pendere ex Lacte et cibo, quo quis educatur, ex loco, in quo quisquam alitur, et ceteris ejusmodi circumstantiis, ut mihi quidem hallucinari videatur, quisquis non fatebitur ^{longe} majorem vim esse rerum istarum ad afficiendum corpus, quam aerea illius unius constitutionis, cui prima corpusculum quantum vis tenellum exponatur. Quod si quis contendat stellas arcana quadam vi etiam extra aeris constitutionem in corpus agere, quomodo videlicet Magnes cum polari stella supra ~~hanc~~ quandam habere videtur, tam id mihi fuerit facile negare quam ipsis difficile atque adeo a Deo demonstrare. Hac autem omnia huc spectant, ut ostendam non modo incertum sed penè etiam plerumque vanum esse, quod Genethliaci de corporis temperamento tam audacter pronuntiant: quod sit potius ex propinquo ribus signis à medicis dignoscendum. Quomodo igitur de animi moribus idem iudicarent?

6 Sed tamen, ut illud etiam ipsis concedamus, posse illos ex suis Syderibus statuere quis humior sit in corpore quoque dominaturus, quisque norat non usque adeo affici animum temperamento corporis, quum interea corpori dominetur. Nam alioqui vel nullum vel tenue admodum esset inter bruta et homines discrimen. Quantum igitur erit quidquid Astrologorum predictioni hac etiam in parte relinquatur. Nam certè omnibus etiam superioribus concessis, nihil aliud ex Syderum positu genethliaci colligere possunt quam hunc vel illum melancholicum, aut biliosum, aut alium denique futurum, ac prinde his vel illis morbis et incommodis obnoxium: quae res quam magna sunt utilitatis non video, quum ex alijs propinquioribus et multo certioribus signis colligi possint. Particularia autem illa, quae certum est homines istarum rerum curiosos precipue captare, nempe quid hoc vel illo anno vel die sit alicui eveniturum, sitne hoc vel illud prosperè vel incommodè cessurum, praedici, nulla observatione mihi posse videtur, non modo propter superiores rationes, verum etiam quia non dubium est, quum consiliorum nostrorum eventa ^{maxima ex parte} ab externis causis pendeat. Ut quis igitur divinare possit mansurum imperium penes Augustum, necesse etiam fuerit ipsum divinare quid Bruto, quid Cassio, Lepido, Antonio, obsis fentibus fuerit eventurum, qui sanè est inextricabilis Labyrinthus. Particularia autem exempla istiusmodi predictionum ^{respondendum est} a demonibus, qui a limbo ista discipulaverunt, suo gesta fuisse ~~respondendum est~~, quod etiam Liqueat ex his foris Pythomissa, quam Saul consuluit: partim esse vanissima, et casu potius ipso confirmata quam verè praedicta, quam vanitatem facillimum esset deprehendere, si quis in animum induceret, quae ista conjeciores falso praedicunt, cum ipsae comparare, quae eventu ipso confirmantur. Sed quoniam nullum est hominum genus audacius, et nemo istos divinatores consulit, nisi qui veraces illos fore sibi persuasit,

idcirco fit ut pro diuinis quibusdam hominibus habeantur, quos tamen res ipsa offendit non
 aliunde quam ex decipiendis hominibus quas sum facere. Itaque, ut paucis concludam
 hoc mihi persuasi, ius fis (in fallor) de causis, extra constitutiones aëris, et corporum
 qua inde consequuntur, a ffed fiones, (qua tamen utraq infinitis particularibus
 obiectis impedimentis variantur) nihil habere ad Prologum quod ex arte predicat:
 ac prinde, quod fines is flos excedant, merito, tanquam in ea inquirentes, qua nobis
 abscondit Dominus, et expresso Dei verbo sacrisq Imperatorum Legibus damnari.
 8 Γενέσθω autem essi atiquis est usus, is nimirum quem dixi non excedere corporis
 temperamentum, et ea qua possunt ex corpore in animum redum dare: tamen, quum
 hoc idem multò certius aliunde cognosci possit, et omnium seculorum experientia
 docuerit, homines in hac re nullum unquam modum tenere potuisse (quo peccato vix
 nullum unquam fuit grauius et seuerius à Deo opt. max. vindicatum) rectè et reli-
 giosè facere iudico Principes, qui praelaram illam ac planè calescem as frorum
 motus scientiam sic curant in Academijs doceri, ut, quæ inde colliguntur predicfiones,
 intra illos, quos dixi, fines coërceantur, et quoties incidunt q vania illa dei flagella,
 veluti fames, pes filentia, bella, ceteraq ejusmodi, doceantur homines seipsos non
 autem stellas acculare, ac sibi persuadere, quod verissimum est non contingere illa nec
 predicti posse ex as frorum motu, nisi incertissimo eventu, sed ex deo peccatis nostris
 irato proficisci, ac vicissim etiam illo resipiscentia nos fra peccato sedari, quacumq
 tandem sit calorum facies.

Carmilly Fraxsing.

Heydeberg

Doctissimo Virro,
et singulari pietate
procurato, D. Thomae
F. magro, Medicinae
doctory.

